magis gaudeant. Domnum autem Cistercii abbatem per se ipsos visitent quattuor
primi abbates de Firmitate, de Pontiniaco, de Claravalle, et de Mori-
mundo die qua illuc se constituerint usque in crastinum capituli nisi forte aliquem
eorum gravis egritudo detineat. Fuerit autem aliquis nostri ordinis abbas
ad novum monasterium venerit cuius pater abbas [illegible] careat
stallum illius abbatis teneat, in hospitio comedat, si tamen abbas defuerit.
Si vero presens fuerit, nil horum agat, sed in refectorio comedat, prior eius ne-
gotia domus disponat. Duo autem abbates illos quos se alterutrum non genue-
rit ista erit lex. Omnis abbas in aliis locis sui monasterii [illegible] ce-
dat advenienti, ut adimpleat honore invicem prevenientes. In uno
autem eodem capitulo convenientes, qui prior erit de advenientibus locum superiorem
tenebit. Omnis tamen prior abbatem presentis loci in refectorio comedat ut sup-
dictum est. Alias autem horum convenerint secundum tempus abbatiarum ordinem suum tene-
bunt, vel cuius ecclesia fuit antiquior ille sit prior. Utrique vero concedant humi-
liter se mutuo. De generatione filiorum abbatiarum et de auctoritate capituli
generalis. cap. [illegible]

Quum vero aliqua nostrarum ecclesiarum deo auxiliante creverit ut
aliud cenobium construere possit, illam diffinitionem quam nos inter nos-
tros tenemus et ipsi inter se teneant. Excepto quod inter se annuum capitulum non
habebunt. Sed omnes abbates de ordine nostro singulis annis ad generale capitulum Cistercii
omni occasione postposita conveniant, illis solis exceptis quos corporis in-
firmitas retinuerit, qui tamen idoneum nuncium delegare debebunt per quem
necessitas remorationis eorum valeat capitulo renunciari. Et illi item
exceptis qui in remotioribus partibus habitantes eo termino venient quo eis
fuit in capitulo constitutum. Quod si quis alia quoque causa quandoque remanere
a nostro generali capitulo presumpserit, sequentis anni capitulo pro culpa veniam
postulet, non sine gravi animadversione presumptor. Tria capitulo de salute animarum

siue tantummodo in obseruatione sancte regule uel ordinis sui quid emendandum uel
agendum ordinet cum bono pietatis et caritatis et se reformet. Si
quis uero abbas minus in regula studiosus uel secularibus rebus nimis intentus uel in
aliquibus uiciis reprehensibilis fuerit penitentiam pro culpa sibi iniunctam adimpleat.
Hanc uero proclamationem non nisi abbas faciat. Si forte aliqua contentio
inter aliquos abbates inciderit uel de aliquo illorum tam grauis culpa prolata fuerit ut
suspensionem aut etiam depositionem mereatur quicquid inde a capitulo fuerit diffini-
tum absque retractatione obseruetur. Si uero pro diuersitate sententiarum in dis-
cordiam causa uenerit illud irrefragabiliter teneatur quod abbas Cistercii
et hii qui sanioris consilii et magis idonei apparuerint iudicabunt.
hoc obseruato ut nemo eorum ad quos specialiter causa respexerit diffini-
tioni debeat interesse. Si qua ecclesia paupertatem intollerabilem incurrerit
abbas eius illi conuentui omni cum hanc causam intimare studeat. Tunc singuli
abbates maximo caritatis igne succensi illius ecclesie penuriam rebus a
deo sibi collatis prout habuerint sustentare festinent.

De electionibus abbatum in ordine faciendis cap. iiii

Si qua domus ordinis nostri
proprio fuerit destituta abbate maior abbas de cuius domo illa exiuit
omnem curam ordinationis habeat domus illius donec in ea abbas alius eliga-
tur. Et prefixa die electionis etiam ex abbatibus si quos domus illa genuit ad-
uocentur. Et consilio et uoluntate patris abbatis abbates et monachi domus
illius abbatem eligant. Domum autem Cistercii quia mater est omnium nostrum
dum proprio abbate caruerit quatuor primi abbates scilicet de Firmitate de Ponti-
niaco de Claraualle et de Morimundo prouideant et super eos sit cura
domus illius donec abbas electus in ea fuerit et statutus. Ad electionem autem
Cisterciensis abbatis prefixa et prenominata die ad minus per quindecim dies aduocentur
ex abbatibus quorum domus ex Cistercio exierunt et ex aliis quos predicti abbates et

fratres eiusdem idoneos noverint. Et congregati in nomine domini abbates et mona-
chi eiusdem eligant abbatem. Liceat autem cuique matri ecclesie ordinis nostri
non solum de monachis filiarum suarum ecclesiarum sed de ipsis quoque abbatibus earum
libere sine contradictione sibi assumere abbatem. ¶ Persona vero de alio ordine nulla de
nostris ecclesiis in abbatem eligatur sicut nec nostrarum aliquis licet aliis monasteriis que non sunt
de ordine nostro dari. **De correctione abbatum et fratrum ordinis capitulum v.**

Si quis abbas pro inutilitate seu pusillanimitate sua a patre abbate
domus illius unde sua exivit postulaverit ut ab onore abbatie sue
relaxetur. caveat ille ne facile ei sine causa racionabili et multum ne-
cessaria acquiescat. Sed et si fuerit tanta necessitas nichil tamen per se faciat sed convo-
catis aliquibus abbatibus aliis nostri ordinis eorum consilio agat quod pariter noverint
oportere. ¶ Si quis abbatum contemptor sancte regule aut ordinis esse prevari-
cator aut commissorum fratrum viciis consenciens innotuerit abbas matris
ecclesie per se ipsum vel per priorem suum. Aut quomodo oportunius potuerit eadem emen-
datione eum amoneat usque quater. Quod si nec ita correctus fuerit nec sponte cedere
voluerit congregato aliquanto numero abbatum nostre congregationis transgressorem
sancte regule ab officio suo amovebunt. ac deinceps alter qui dignus sit consilio
et voluntate maioris abbatis et monachis illius ecclesie simul et abbatibus si qui ad
eam pertinent sicut superdictum est eligatur. Si autem is qui deponitur aut monachi eius
quod deus avertat contumaces et rebelles esse voluerint ut sententie minime
acquiescant ab ipso abbate matris ecclesie et a ceteris coabbatibus excommunicati
subdantur ac deinceps ab eo cohercantur prout potuerit et cognoverit
expedire. ¶ Ex hoc sane si quis eorum ad se reversus de morte anime sue re-
surgere et ad matrem redire voluerit tanquam filius penitens recipiatur
Nam sine hac causa multo semper studio devitanda ultro abbas monachum
cuiuscumque alterius abbatis nostri sine eius assensu retineat nullius ducatur ¶ Ab

^ poterit a(utem) p(er) sua(m) contumacia(m) ^

d(ic)i et modo si forte q(uo)d absit abbas n(ost)ri ordinis matris n(ost)re Cist(erciensis) eccl(esi)am
i(n) s(an)c(t)o p(ro)posito languescere et ab obs(er)vatione regule vel n(ost)ri ordinis exorbi-
tare cognoverint abb(at)em ei(us)d(em) loci p(er) q(ua)tuor p(r)imos abb(at)es s(cilicet) de Firmitate
de Pontiniaco de Claravalle et de Morimundo sub ceteror(um) abb(at)um no(m)i(n)e us(que)
q(ua)ter ~~...~~ ut corrigat(ur) ip(s)e et alios corrig(er)e curet a(d)moneat(ur). Cet(er)a que
de aliis dicta sunt abb(at)ib(us) si incorrigibiles apparuerint circa eu(m) studiose
adimpleat(ur). Excepto q(uo)d si sponte cedere noluerit n(ec) deponere ~~...~~
~~...~~ n(ec) anathe(m)a dicere poterunt. Do(nec) aut(em) i(n) g(e)n(er)ali c(apitul)o aut si illud forte ia(m) in-
stans fuit exceptum n(on) posse i(n) co(n)ventu alio vocatis abb(at)ib(us) q(ui) de Cist(ercio)
exierunt et aliq(ui)b(us) alior(um) vir(um) inutile(m) ab officio suo deponat. et ta(m) ip(s)i
q(ua)m mo(na)chi Cist(ercii) p(ro) eo dignu(m) abb(at)em eligere studeant. Q(uo)d si abbas ille et mo-
nachi Cist(ercii) contumacit(er) recalcitrare voluerint gladio excommunicatio(n)is
eos ferire minime vereant(ur). Postea v(ero) si q(ui)s hor(um) p(re)varicator tand(em)
resipiscens et a(n)i(m)am salvare cupiens ad q(ua)slib(et) q(ua)tuor n(ost)rar(um) eccl(esi)ar(um)
sive ad Firmitate(m) sive ad Pontiniacu(m) sive ad Claravalle(m) aut ad
Morimundu(m) co(n)fugerit sic(ut) domestic(us) et coheres eccl(esi)e cu(m) regulari sati-
sfactio(n)e recipiat(ur) q(u)ousq(ue) p(ro)p(ri)e eccl(esi)e sic(ut) iustu(m) fuit reconciliat(us) p(ro)p(ri)e
reddat(ur). Interim aut(em) a(n)nuu(m) capitulu(m) abb(at)um n(on) ap(u)d Cist(ercium) s(ed) ubi a q(ua)tuor
sup(ra)nominatis abb(at)ib(us) p(ro)visum fuit celebrabit(ur). Explicit carta cari-
tatis. P(re)fatio sup(er) clementina(m)

Supradictu(m) itaq(ue) decretu(m) seu
caritatis carta(m) cum p(re)d(i)c(t)i patres n(ost)ri co(n)ditores ab ap(osto)lice se-
dis g(rati)a (con)firmatu(m) [vide] ~~...~~ p(ro)tectio(n)e optinuissent p(ro)ut se(qui)t(ur) in ip(s)a continet(ur)
et ~~...~~ [ac novissime] s(em)p(er) obs(er)vatu(m) extitit ordinat(um) [tunc] ut nulli deinceps abb(at)ia
ordinis in alic(uius) antistitis dioc(esi) fundaret(ur) anteq(uam) p(re)d(i)c(tu)m decretum
ip(s)e p(re)d(i)c(t)os abb(at)es exhibitum et (con)firmatu(m) p(ro)mitte(re)t pontifex ip(s)e ut(ra)m
haberet ... materia discordie ac scandali inter alterutru(m) exurgenda(m)